

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca LIII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

De quinque circulis mundi: CA. LII

In diffinitione aut mundi: circulos aut philosophi quinque: quos greci paralellos. id est zonas vocant: in quibus diuidit orbis terre. Has Virgilius in geogicis dicere ostendit. Quinque zone tenent celum quas vna chorulco: sed fingamus eas. Alii pelleloix dicunt in modum dextere nre vt pollex. Primus circulus arcticus: est septentrionalis frigore inhabitabilis. Secundus circulus solstitialis terrenus habitabilis & temperatus. Tercius equinoctialis torridus & inhabitabilis. Quartus circulus hiemalis eximerinus tepatus habitabilis. Quintus australis est circulus antarcticus calidus inhabitabilis. De quibus Varro ita dicit. A quibus etheris zonas accingit orbis. Ac vastant ymas gemis mediarum coloris. Sic terre inter extremas mediarum coloris. Quia solis valida nunc vt afferat ignem. Sed ideo equinoctialis circulus inhabitabilis est quia sol per medium celum currens: nimium bis locis facit feruorem: ita vt ne fruges ibi nascantur propter exustam terram: nec homines propter ipsum ardorem habitare permittuntur. At contra septentrionales & australes circuli non habitantur: quia a cursu solis longe positi sunt: nimio celi frigore veterumque gelidissimis flatibus contabescunt. Solstitialis vero circulus qui in oriente inter septentrionalis & estiuum est collocatus: vel iste qui in occidentem inter estiuum & australis positus: et ideo temperati sunt eo quod ex vno circulo frigora ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius. Has inter mediarum due mortalibus egris concesserunt munere diuo. Sed qui proximi sunt estiuo circulo ipsi sunt ethyopes nimio calore pusti.

De partibus terre. CA. LIII

Erra vt testatur yginus mundi media regione collocata oibus partibus equali desidens interuallo centrum obtinet. Oceanus autem regione circuductionis speres psumus prope totius orbis abluit. Finis itaque & signa occidentia in eum cadere existimantur. Regio autem terre diuiditur trifarie. Ex quibus vna pars Europa: altera Asia: tertia Affricavocatur. Europa vero ab affrica diuiditur mare ab extremis oceani sinibus & herculis columnis. Asia & Libia cum egypto determinat ostium nili fluminis quod canopicum appellatur. Asia autem vt ait sctus Ambrosius a meridie per orientem vsque ad septentrionem puenit. Europa vero a septentrione vsque ad occidentem: atque inde affrica ab occidentem vsque ad meridiem. Vnde euidenter orbem dimidium due tenent europa & affrica alium vero dimidium sola Asia: sed ideo ille due partes facte sunt: quia inter vtriusque ab oceano mare magnam ingrediuntur. Totius autem terre mensuram geometrici. 180000. miliarum stadiorum existimauerunt. 300. autem in longitudine. 200. in hystoriis catholicis hoc dicit. Omnes nationes que vicine sunt soli. nimio calore pustas: amplius quod est saepe sed minus habere sanguinis dicunt. Propterea constantiam ac fiduciam cominus non habere pugnant: quia metuunt vulnera: quia exiguum sanguis se habere non vident. At contra septentrionalis populus a solis ardo

re remotus in quo insultores quidem: sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi.

De quattuor partibus celi. CA. LV

Climata celi. i. plage vel partes quattuor sunt. Ex quibus prima pars orientalis est: vnde aliquae stelle oriuntur. Secunda occidentalis vbi nobis aliquae stelle occidunt. Tercia septentrionalis vbi puenit sol in diebus maioribus. Quarta australis vbi sol puenit noctibus maioribus. Oriens autem ab exortu solis est nuncupatus. Occidens autem quod diem facit occidere & interire. Abscondit enim lumen mundo & tenebras supinducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatus que in ipso reuoluitur rotatur. Hic proprie & vertex dicitur: eo quod vertitur. Meridies autem vocatur vel quod ibi sol facit medium diem: quasi medidies: vel quia tunc purius micat ether: merum enim purum dicitur. Sunt & alia septem climata celi. quasi septem linee ab orientem vsque ad occidentem sub quibus & mores hominum dispares: atque animalia specialiter diuersa nascuntur: que vocata sunt a locis quibusdam famosissimis: quorum Primum est merois. Secundum syenes. Tercium alexandria. Quartum Rodus. Quintum ellefponthus. Sextum ponticus. Septimum borisbenes. Cardines extremas partes sunt axis & dicti cardines eo quod per eos vertitur celum. Poli sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis: quia nunquam occidit: appellaturque boreus. Alter australis qui nunquam videtur: & austronotus dicitur. Et dicti poli quod sunt axium circuli ex vso plastrorum: a poli edo scilicet nominati. Sed polus boreus semper videtur: austronotus nunquam: quia dextra celi altiora sunt presso austris. Conuexa extrema celi sunt: a curuitate dicta: Nam conuexum curuum est & inclinatum & in modum circuli flexum. Latereus circulus via est que in sphaera videtur: a candore dicta: quia alba est: quam aliqui dicunt viam eam qua circuit sol & ex splendoris ipsius transitu ita luce.

De circulis celi. CA. LVI

Habitatio ista celi circulorum distincta zonis: quasdam partes temperie sua in colore permittit. quasdam negavit enormitate frigoris aut caloris. Zone autem ipsae quae sunt quae ideo zoni vel circuli appellantur: eo quod in circuductione speres existunt. Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur: eo quod inter eum arcturi signa inclusa perspiciuntur: que axes in vrsaru speciem ficta septemtriones appellantur. Secundus circulus exuterinus tropicus dicitur: quia in eo circulo sol aequilonis sinibus estatem faciens: ultra eum circulum non transit: sed statim reuertitur: & inde tropicus appellatur. Tercius circulus bymerinus: qui a latinis ideo equinoctialis appellatur: eo quod sol cum ad eum orbem puenit equinoctium facit. Himerinus enim latine dicitur dies atque nox: quo circulo dimidia speres pars constituta perspicitur. Quartus circulus antarcticus vocatur: eo quod contrarius sit circu

Arcticus
Antarcticus